quum aduersi status mircuus regrederetur in eurypilum e
uulnere sancium incidit quem ad tentoria ducens, fome
tis medice artis admotis redintegrat Sanitati V.12º Acto
rides fouet erypilum dum uulnere fessum troiani ab eqs
descendentes grecorum prestantibus bulneratis et cetero exer
citu fugato aut formidine perculso. fossam transcendunt
naualium monimenta rescindunt ualiumque transgressi an
guriis fuluantur ex euentu ambiguis. itaque et pars muri a
sarpedone conuellitur et ab hectore ictu ingentis lapidis
porta discuditur et in ipsis naualibus pugna conseritur V.
13º Juppiter admonuit troas atque hectora classi. neptunus
grecorum miseratione Commotus tuendis nauibus auxiliator
accedit et effigie Calchantis assumpta aiaces ducos in prelium
cohortatur nec minus caeteram multitudinem presentia ma
gestatis instigat idomeneus egregio certamine prestans
athionem interficit et quosdam alios (deiphobus et helenus
vulnerantur caeteri troiani Jam gradum Referentes. ab hec
tore Rursus firmati contrahuntur et in hostes irruunt
et ingenti clamore vtrinque certatur magnaque fit strages inter
fectorum V.14º Agamemnon assumens bulneratos et nestore
cum eis ad praelium egreditur: Juno vinculum veneris
cui cesto nomen est mutuata ad Jouem pergit in secessu montis
idae exoratoque Somno ut eum committeret in soporem de
hinc vigilias eius uxoris labefactat Illecebris cuius igno
ratione neptunus abutitur fortunamque grecorum Cum ce
de troianorum auxiliando Restituit et aiax locrensis
ultra coeteros prelians proiciens saxum hectorem percussit
qui acto sanguine mente spirituque deffecit V.15º Jam
uallum fossamque super troiana Juuentus sistiterat captae
minitans incendia classi. Juppiter somno experrectus uidet
statum certaminis innouatum pellique troianos opem ferente nep
tuno. Itaque aspere Junone increpata: et minaciter pariter
neptunum conterrens Jubet aprelio dessistere: apollinemque mi
ttit hectori recreando ac pristinis uiribus Restituendo monetque
pro frigibus belli instaurare fortunam: apollo sumens aegidem
grecos in fugam conuertit: tum aiax thelamonius streniue pre
liatur et ab eo plurimis hostium interfectis: qui ignem na
uibus inferebant conflagratio classis arcetur V.16º Dum face
Dum ferro classem accendere tentant troes: et argolici pergunt de
fendere Reges Achilles grecorum statum Jam sub extrema sorte
misseratus patroclo precanti arma eius Concedit assumere et myr